Insessiones in aqua Sulphur.

EX his fiunt inunctiones, fomenta, suffitus, pessi, Nascalia, vterini clysteres, insessiones, quæ per suffitus vsurpantur, odoratæne, an fœtida sint prænoscere oportet, quia in obnoxijs hysericæ passioni abstinendum a fœtidis est. Pro alijs fœtida miscentur odoris; idò singulæ, quæ suffitui inseruiunt, odorem, aut fœtorem exhalant. Cæterùm inter composita minùs vsitata sunt aliqua vsu magis comprobata, quæ his adnectuntur.

Puluis.

℞ Boracis officin. scrup. 1.
Cinnamomi.
Sem. pœonię.
Aristolochiæ rotundæ.
Sabinæ.
Dictami Cretici an. scr. ſſ.
Sacchari fini scr. 2.
Fiat puluis subtilissimus pro vna vice bibendus ex liquore conuenienti.

Tabellæ.

℞. Supradictos pulueres sine saccharo, adde

Oleum

Oleum [Cinnamomi.
[Succini ana gran. 4.

Sacchari fini dissolut. in aqu. arthem vn. 6.
Fiant tabellæ pro quatuor vicibus.

Vinum Quercetani.

℞. Missi Solis.
Anisi.
Visci querni ana dr. 3.
Dictami Cretici drac. 1.
Croci scrup. 1.

Tundenda tundantur per 24. hor. macerentur in vino albo generoso, dein parum bulliant, & huius vini dentur vn. 4.

Valentia simplicia.

Valentia simplicia non exhibentur intrinsecus, sed metrenchitis, & pessis commiscentur, nisi forsan alijs incassum tantatis minimum pyrethri vel cantharidum addere oportet gratia vehiculi. Quæ igitur intrinsecus composita conueniunt sunt.

Intrinsecùs

Dracalamentha.
Methridatica confectio.